



175

Sub 29
40

38



COPIA DECRETI
 S. D. N. VRBANI PAP. VIII.
 pro vnico, ac singulari Patronatu
 S. Iacobi Apostoli.



*Um fuerit supplicatū pro parte Canonicorū Eccle-
 sie Compostellanae, & vniuersi Cleri Coronae,
 Castellae, & Legionis, Sanctissimo, pro declarati-
 one, an Breue Sanctitatis suae datum Romae
 apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo
 Piscatoris, die 22. Iulij 1627. super confirmatio-
 ne electionis Sanctae Theresiae in Patronam
 praecipuam praedictorum Regnorum Coronae
 Castellae, & Legionis, suffragetur: Sanctitas
 sua remissit negotium discutiendum certae Con-
 gregationi Praelatorum, habenda coram Illustrissimo, & Reuerendissimo
 Domino Cardinali Caetano; quae Congregatio pluries auditis partibus, & re-
 mature perpenſa, die 2. Decembris 1629. coadunata in Palatio praedicti Illuf-
 trissimi Cardinalis, fuit in voto, praedictum Breue minime suffragari. Poſſe
 tamen [ſi Sanctissimo placuerit] adſupplicationem Regis Hispaniarum con-
 cedi per Sanctitatem suam nouam Patrocinij gratiam, petentibus pro ſingulis
 Ciuitatibus, & Diocesis dumtaxat; quarum Episcopus, Clerus, & popu-
 lus coniuſtim electioni, & constitutioni dictae Sanctae Theresiae in Patronam
 conſenſerint. Cuius voti facta per Illustrissimum, & Reuerendissimum Domi-
 num Cardinalem praefatum relatione Sanctitati suae, Sanctissimus annuit, &
 ad instantiam petentium mandauit expediri litteras Apostolicas in forma
 breuis.*

Aloys. Cardinalis Caetanus.

Tegr. Tegrinius Secret.

presso con licencia del Ordinario del Arçobispado de Granada.